

Regis regum, et Domini dominantium, qui in nobis regnatcum Patre et Spiritu Sancto, ait S. Ambrosius in *Apocal.* cap. I, vers. 6, et cap. V, vers. 10: unde aliqui exponunt, *sacerdotium regale*, id est, praestans et proprium reges Dei; tum quia vocati sunt ad regnum celeste. Hinc baptizatorum capituli olim impo<sup>r</sup>tatur corona, quasi reges essent ad Dei familiam et rerum omnium perfectionem evecti: perinde ac fascia, «frontes fidelium christiane uncta in sacramento Confirmationis religantur, diadema regum representat. Id ita esse diserte docet Severus Alexandrinus, lib. *De Baptismo*: «Elevant, inquit, baptizatos ad altare, eisque dant mysteria, Eucharistiam, et seruis eos coronat sacerdos». Et paulo post: «Frates mei, psalite hymnum Filio dominatoris omnium, qui regum corona vos coronavit, peropata eam, immutate vestimenta vestra, et candidi esto in modum nivis, si in similitudine angelorum splendores vestros illuminate». Et in precezione: «Deus dignos vos efficiat celesti regno suo, ac pro hac dissolubili corona, coronet vos coronis justitia et operibus bonis». Et S. Chrysostomus, hom. ad *Baptizat.*: «Memento mei, ait, quando coronam solis radiis splendidiorum sentieatis in capite». Et Cyrillus Hierosolymitanus in sua *Proteach.*: «Iam, ait, spirituales colligit flores ad plectandas celestes coronas, jam circa porticum regalis palati fruisti: ultimam vero et ab ipso regi introducamini!». S. Gregorius Nazianzenus, *oratione 23*, invitans Heronem Philosophum ad cito suscipiendum baptismum: «Ades dum, ait, coronis nostris te devincimus, ac clara voce, non in media Olympia, nec in exiguo Graeciae theatro, sed coram Deo et angelis, aliisque universo Ecclesiae celo, victoriam proclamabo». Idem, *orat. 40*: «Baptismo consignare: hie tibi et vitam et verba modereris, omnia membra, omnes animi motus, omnes sensus; honore cum complectere, ut te ornem, capitiq<sup>ue</sup> tuo gratiarum coronam necat, et corona deliciarum te protegat». Porro solebat corona linea ab Episcopo benedicti, Benedictionis forma extat in situ baptismi *Ethiopum* apud *Seru*rum, lib. *De Baptismo*, estque haec: «Dominus Pater bone et sancte, qui coronasti Sanctos tuos corona que non corrumpitur, benedic eis, qui dignos nos fecisti, qui eas imponeremus capitibus famulariorum tuorum, ut sint eis coronae honoris et glorie, corona beneficiorum et salutis. Amen». Rursum hoc regnum et sacerdotium representatio unicota, qua fideles anguntur in Baptismo et Confirmatione. Audi Clementem, lib. III *Constit.* *Apost.*, cap. XV: «Episcopus, ait, in baptismio caput ejus unguit, sicut prius ungebantur reges et sacerdotes; non quidam quod nunc baptizantur, etiam sacerdotes ordinantur; sed quod fiant a Christo Christiani, regale sacerdotium, gens sancta, Ecclesia Dei, columna et firmamentum presentis luminis, qui aliquando non populus, tunc autem dilecti et electi, super quos invoca-

tum est novum nomen ejus, ut testatur Isaia dicens: Et vocabunt populum novo ejus nomine, quo Dominus nominabit eum». Idem significat Prudentius, cum ita canit in *Psychomachia*:

Post inscripta oleo frontis signacula, per que  
Unguentum regale datur, et christina perenne.

Par modo fideles sunt sacerdotes, quia dei cultui addiciti, mysticas et metaphoriae laudum et virtutum hostias illi offerunt, uti dixi vers. 3. Perperam ergo heretici hinc colligunt, omnes Christianos esse proprii sacerdotes: nam tales sunt sacerdotes, quales et reges (utrumque enim ait S. Petrus). Atqui reges sunt mystici et metaphorici, non veri et proprii. Ergo et tales sunt sacerdotes. Addit Judeoannis omnes, quibus primus hos titulos regum et sacerdotum dedit Moses, *Exod.* xix, 6, non fuisse veros sacerdotes (sed solos posteros Aarons), ne quidem in Paschate: tunc enim soli primogeniti familiarium erant ex priso jure sacrifici, immolabuntque agnum paschalem, quisque pro tota sua familia, uti dixi *Exod.* xii, 3. Ergo multo magis idem dicendum est de Christianis.

Auditum tam Petrus quam Moses ad priscum genitum consuetudinem, qua sacerdotium junatum erat regno, uti fuit in Machabaeis qui simul fuerunt portifices et principes. Primogeniti enim familiarium, earundem erant sacerdotes, aequo ac principes et reges, si ille magna essent et amplius. Vide *Pinedam* in cap. I *Job.* V, num. 18. Addunt *tertio*, Cajetanus, Cadiuanus et Salmeron, Christianorum sacerdotium esse regale, quia reges dirigit, lisque imperat; Pontifices enim esse reges spirituales, ac regibus precepsa, quia eorum testamentum temporalem dirigunt ad finem spiritualium. Et hac ratione potestas laica subiecti debet potestati sacerdotali. Itaque sacerdotiale regnum Ecclesie imprimitur cernitur in Episcopis et episcopatu. Hoc enim sacerdotium summa est omnium honorum que in hominibus consistunt, ait S. Ignatius, epist. ad *Smyrnenses*. Idem, epist. ad *Philadelph.*, ait: «Caesares ipsi episcopos parcant». Fuso idipsum ostendit S. Chrysostomus, libris sex quos *De Sacerdotio* conscripsit. Maxime vero idipsum cernitur in Summo Pontifice et Pontificatu, cuius summa et amplissima quaevaversum est potestas, per totum orbem sese extendens, quae etiam regibus imperat (unde et reges se ei supplices prostrantur, suaque scropha substernunt), ac reges Ecclesie rebellis regum privari potest, uti sape privat. Hujus regni sacerdotalis insigne est cibaria, sive tiara, quam triplici corona redimitam capite gestat (unde vulgus regum vocat); hinc enim significat regnum Christi plenum et summum, quod Pontifex quasi Christi vicarius administrat. Triplex ergo corona significat eum triplici dominatu, id est summa potestate, predictum. Rursum haec triade indicatur omnis potestatis consummatio, plenaque Ecclesiastici mu-

neris perfectio, ut jure his illud Prudentius *mp* *reparo* exclamare liceat:

O triplex honor! o triforme culmen!  
Quo nostri caput exultat orbis,  
Orbis Christiani decus perenne.

Hec est illa maiestas, sublimitas, efficacitas triverticis, trinitatis, inquam, illius et incomparabilis siademat, de quo plur. Carolus Paschalius, lib. X *De Coronis*, cap. XIV. Non ergo mirestur hereticus, si Pontifex regalem habeat purpuram, diadematum, satellitum, opes, honorem, adorationem: nam beatum regale sacerdotium. Hinc regalis illa Pontificum libertas et auctoritas, quia regum seculera imperierint castigarunt. Regalis utique fuit S. Vigilivox, cum a Justiniano Imperatore sollicitatus ad Eutychianam heresim, intrepide ei in faciem restitui, dixitque: «Ego ad Justinianum Christissimum Imperatorem venire optavi, sed Diocletianum inveni». Similis fuit S. Martini ad Constantem Imperatorem Monothelitum, cum ab eo captus: «Pofus, ait, sinam me discipi in milie partes, quam tue heresi vel in puncto subscriptam. Dixit et fecit, nam in Chersonam relegatus frigore, fame et pede consumptus gloriosum oblitus martyrium». Ita Acta ejusdem. Similis fuit S. Athanasius, qui *Apolog.* ad Constantium Imperatorem eum vocat Antiochium, Herodem, imo Antichiristum. Porro in tanto fastigio serval Pontificis deus humilitatis, vocans se servum servorum, singulisque reipsa ubi opus est serviens, et commode tan anime, quam corporis cuiusque consulens. Quare prodigi est instar illud: «Servus servorum, dominans dominis dominatum».

Denique Ecclesia sive cuncta fiducia (illi enim proprie hos titulos assignat Petrus) est regale sacerdotium, quia uti habet veros reges, ita habet et veros sacerdotes, et illis his conjuncti et subordinati sunt; et quia ipse est regnum Dei sacram, in quo scilicet Deus per gratiam regnat, regnatur deinde per gloriam, cum illam regni sui coelestis partem et heredem efficiat. Quamobrem ipsa in Evangelio sepe vocatur regnum Dei et regnum celorum. Unde S. Epiphanius, *heresi 29*: «Thronus David, ait, et regia sedes est sacerdotium in S. Ecclesia, quam dignitatem regiam simulque pontificiam conjunctim largitus est dominus sancte Ecclesie sue, translatu in ipsam thronu David non deficiente in aeternum». Hinc colligunt reges, quales debeat eorum esse regnum, scilicet non Ethnicum, non profanum, sed sacerdotale et sacrum, quod Ecclesie subseriat, et fideles dirigit ad salutem eternam. Rursum sacerdotes colligunt, quale debeat esse eorum sacerdotium, scilicet non commune et plebeium, sed eximium et regale. Audi Decretum, distinct. XI, cap. fin., ex *Auctore Imperfici*, hom. 43 in *Matth.*: «Multi sacerdotes, inquit, pauci sacerdotes; multi in nomine, et pauci in opere. Videat ergo, fratres, quomodo sedeatis super cathedram:

quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram; non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus est sacerdos. Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit cathedracem; qui male sederit, injuriam facit cathedram. Ideoque malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem: in iudicio enim tuo sedes. Si quidem bene vixeris, et bene docueris, populum instruis; si bene docueris, et male vixeris, tui solus condemnator eris, etc., quia Deum instruis quomodo debeat condemnare; » et distinct. xxi, cap. *Sacerdotes*, ex S. Clemente: «Sacerdotes, inquit, docebat B. Petrus sal terre, et mundi lumen: docens eos in splendore bonorum operum glorificare Deum Patrem. »

Moraliter, contemplentur hic fideles dignitatem suae vocacionis ad regnum et sacerdotium Christi, etique condigne vivant, omnia faciendo et ordinando ad gloriam Dei, ut ipsi soli placent, ipsum colant, honorent, et tuto orbe glorificant, itaque regnum Dei coeleste consequantur. «Omnes, ait S. Ambrosius, filii Ecclesie sacerdotes sunt: unigenitus enim in sacerdotium sanctum, offerentes nosmet ipsos Deo hostias spirituales. » S. Augustinus autem: «Immolamus, ait, hostiam jubilationis, hostiam letitiae, hostiam gratulationis, hostiam gratiarum actionis in sancta Ecclesia; » et alibi: «Sicut omnes Christianos dicimus proper mysticum christum, sic omnes sacerdotes, quoniam sunt membra unius sacerdotis. » Elefantissimo vero Leo: «Omnis, enim, inquit, in Christo regeneratus crucis signum officit reges, Sancti vero Spiritus uniti consecrat sacerdotes, ut preler istam speciem nostrae mysterii servitatem, universi spiritales et rationales Christiani agnoscent se regi generis, et sacerdotialis officii esse consortes. Quid enim tam regium, quam subditum Deo animalium corporis sui esseretur? Et quid tam sacerdotiale, quam votare Domino conscientiam puram et immaculatas pietatis hostias de altari cordis offere? » Simili modo ait Seneeca, epist. 37: «Si vis tibi omnia subiectare, subiecte rationi: multos reges, si ratio te rexerit. » Et Claudianus :

Si metus, si prava cupis, si doceris ira,  
Servili patere jugum, tolerabis iniquas  
Interior leges: tunc omnia jure tecibus,  
Cum poteris rex es tu.

Audi Origenem, hom. 9 in *Nun.*: «Ego, ait, si renuntiatur omnibus quae possideo, et tollam crimen meum, et sequar Christum, holocaustum obtulam ad altare Dei; aut, si tradidero corpus meum ut ardeam, habens charitatem, et gloriam martyrii conquerar, holocaustum meipsum obtulam ad altare Dei; si diligam fratres meos, ita ut animam meam ponam pro fratribus meis; si pro iustitia, pro veritate usque ad mortem certavero, holocaustum obtulam ad altare Dei; si membra

mea ab omni concepientia carnis mortificavero, si mundus mihi crucifixus sit, et ego mundo, holocaustum obtuli ad altare Dei, et ipse mee hostie sacerdos efficer: hoc ergo modo sacrificium goritur. »

Prae reliquis autem martyrium est regale sacerdotium, quia Martyr regali animo, ardente charitate se suaque omnia, vitam et mortem Deo in holocaustum offert. Diebus Hellobagalibus, teste Lampridio et aliis in eius Vita: « Imperator et regi basilice, » id est regaliter, « esse moriendum, » aequo ac vivendum. Dixit, at non fecit: Martyres et dicunt et faciunt. Rursum Religio est regale sacerdotium, quia in ea Religiosi se totos quasi victimas spontaneas, immo quasi holocausta, Deo offerunt. « Ipse homo Dei nomine consecratus es devotus in quantum mundo moritur ut Deo vivat, sacrificium est, » ait S. Augustinus, lib. X De Civit. cap. vi; et S. Gregorius, lib. IX Moral., xxxi: « Nos quippe ipsos, inquit, sacrificium Deo offerimus, cum vitam nostram divinu cultu dedicamus. » Idem, hom. 12 in Eschiel, « Qui, ait, sic operantur ea quae Dei sunt, ut tamen et quedam que sunt seculti non relinquant, nimirum sacrificium et non holocaustum offerunt. Qui autem cuncta que mundi sunt deserunt, et totam mentem igne divini amoris incendunt, hi nimur omnipotenti Domino sacrificium et holocaustum fuisse. Sie et D. Thomas, II II, Quest. CLXXXVI, art. 7, docet Religiosos esse holocausta, quia omnia sua Deo tradunt, nimur opes per votum pauperitatis, corpus per votum castitatis, voluntatem et iudicium per votum obedientiae. Plura vide apud Hieronymum Platun., lib. II De Bonis status Religiosi, cap. xv.

GENS SANCTA. — *Primo*, quia uita Synagoga Iudaorum olim, ita nunc Ecclesia Christianorum ex omnibus gentibus Deo est segregata, dicata et sanctificata. *Secundo*, quia plurimos habuit et habet Sanctos, Apostolos, Martyres, Confessores, Virgines. Sunt viri eruditui qui numerum Martyrum accurate inuenti, asseruntque facile esse undecim milliones, ita ut cuique diei per annum assignari queant triginta milia Martyrum, ut ostendam Apoc. vii. 9. *Tertio*, quia omnes ad sanctificationem vocati sunt, iuxta illud Hebr. XII, 22: « Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis, Jerusalen coelestem, et multorum millionum angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in celis, et iudicem omnium, Deum, et spiritus justorum, perfectorum, et Testamenti novi mediatorum Jesum. » *Quarto*, quia sancta est Christianorum religio, fides, doctrina, Sacramenta, sacrificia. *Quinto*, quia ejus auctor Christus est Sanctus Sanctorum, Daniel: ix, 24, ejusque rector est Spiritus Sanctus. *Sexto*, quia nullibi nisi in Ecclesia inventur vera sanctitas. *Septimo*, quia eorum lex, et vita legi conformis est sancta.

Audi S. Basilium in *Moralibus*, regula LXXX,

cap. xxi: « Quid proprium, ait, Christiani? Fides, que per charitatem operatur. Quid proprium ejus que in proximum est charitatis? utilitatem proponit non querere, sed utilitatem ejus qui diligunt, cum animo, tum corporis. Quid proprium Christiani? ut per baptismum denuo ex aqua et spiritu generetur, ut unus fiat spiritus cum Christo, ut quenadmodum Christus peccato semel mortuus est, ita etiam ipse mortuus sit, et ad omne peccatum immobilis, sicut scriptum est Rom. vi: Quicumque in Christum Iesum baptizatus sumus, in mortem illius baptizati sumus. Conseptum enim sumus cum illo per baptismum in mortem, hoc scientes quod vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruktur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato. Quid proprium Christiani? mundari ab omni inquinamento carnis et spiritus, et perficere sanitatem in timore Dei et charitate Christi, et nullam habere maculam, neque rugam. Quid proprium Christiani? provide Dominum in conspicuo suo semper. Quid proprium Christiani? quotidie ac singulis horis vigilare, et assidue paratum esse ad eam perfectionem per quam placeat Deo, illud scientem, venturum esse Dominum hora illa qua non speratur. »

*Populus ACQUISITIONIS*, — id est, acquisitus, *Syrus*, congregatio redempta, quam sollicet Christus suo sanguine acquisivit, redemit et emit. Minus recte Vatrabius et Erasmus vertunt, qui Christo in lucrum accessit. Esto enim id verum sit, tamen id precise non significat *populus*, sed acquisitionem et emptionem, ex qua non tam Christo quam ipsam et empitatis ingens lucrum gratiae, glorie et hereditatis celestis accessit. Hinc Paulus fideliis ait positos in acquisitionem salutis per Christum, ipsosque vocal filios fidei in acquisitionem anime, Hebr. I, 39, et I Thessal. v, 9. Christo tamen ex eadem accessit ingens gloria. Nam, ut ait S. Bernardus in *Sententia*: « Haec pars Christi quoniam tuit de manu Amorrhei (qui amarum ac rebellum significat, puta diabolum) in gladio predicationis et arcu incarnationis. » Idcirco Christus non surreme amat, quia caro ei constitutus: emit enim nos sanguine suo.

S. Augustinus, lib. I De Peccat. mor., cap. xxvii, et S. Ambrosius in *Psalm. cxviii*, octon. 6, legunt, *populus in adoptione*, rem redentes, non verba: *populus*; enim non significat adoptionem, sed vindicias, sive vindicationem in libertatem, acquisitionem, possessionem, conservationem, salutem: *populus*; enim est asserere in libertatem, acquirere, servare; *populus*, respondet Hebreo *גָּדוֹלָה* segulla, id est, pars extima, selecta et dilecta, ut est thesaurus et gemma pretiosa. Vide dicta Exodi xix, 6. Sensus est, q. d. Christiani sunt populus peculiaris, hoc est possessio, peculium et cymulum Dei. Unde et *Eccumeni* acquisitionem interpretatur possessionem et hereditatem. « Omnes enim, ait, *κτισμα*, id est crea-

tura Dei sunt: *κτισμα* vero, id est possessio, soli illi qui per bonam suam operationem dignati eari fuerint. Propterea, inquit, electi fuisti, ut per obedientiam et bona opera vestra praecones virtutis ejus qui vos vocavit, dicamini. » Pulchre S. Augustinus, *De Verbis Domini secund. Lucam*, serm. 33, in fine: « Magna res, inquit, fratres: et hereditas ipsius sumus, et hereditas nostra est: quia et colimus eum, et colit nos. Nulla est injuria illi quia colit nos. Quia si mos colimus illum ut Deum nostrum, ille colit nos ut agrum suum. Ego sum, inquit Christus, vitis, vos estis palmites, Pater meus agricola est. Joan. cap. xv. Ergo colit nos; sed, si fructum reddamus, parat horreum. »

Hinc S. Basilius in *Moralibus*, regula 80, cap. I et sequent., docet fidèles esse oves, palmites, sponsas, tempa, victimas, filios Christi, ideoque debere ita vivere, ut sint lux mundi et sal terrena. « Cujusmodi Christianos esse, inquit, ratio vult? Primo, tanquam discipulos Christi, qui ad ea tantummodo conformant que videant in ipso, vel quae audiant ab ipso. Tollid jugum meum super vos, et discite a me. Vos vocatis me magister et Domine, et bene dicitis, sunt etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros Dominus et magister, et vos debetis alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quenadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. »

*Secondo*, tanquam oves Christi, qui solam audiunt vocem Pastoris sui, et ipsum sequuntur. Oves meae vocem meam audiunt, et ego cognoscere, et sequanfur me. Alienum autem non sequuntur, sed fugient ab eo. »

*Tertio*, tanquam palmites Christi in ipso radicatos, et ipsi fructum ferentes, et omnia que illa digna sunt, et ipsius voluntati consentanea, facientes et habentes. Ego sum vitis et vos palmitae. »

*Quarto*, tanquam membra Christi in omni executione mandatorum Domini, aut donorum Spiritus Sancti absolute perfectos, ad dignitatem ipsorum, qui est Christus. Nescitis quod corpore vestra membra sunt Christi? veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministracionis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membra, augmentum corporis facit in aedificationem sui in charitate. »

*Quinto*, tanquam sponsam Christi servantem castitatem, in eo quod in solis sponsi sui voluntibus ambulet. Qui habet sponsam sponsus est: despondi enim vos uni viri virginem castam exhibere Christo. »

*Sexto*, tanquam templum Dei sanctos ac mundos, et iis repletos solum que ad Dei eum pertineant. Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.

Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: Inhabitabo in illis, et ambulabo inter eos, et ero illorum Deus. »

*Septimo*, tanquam victimam immaculatam, omnibusque suis membris et partibus absolutam, vere in Deum pietatis integratam conservantes. Obsecro itaque vos, fratres, per miserationes Dei, ut exhibeat corpus vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. »

*Octavo*, tanquam filios Dei formatos ad imaginem Dei, secundum mensuram que donata est hominibus. Filioi, adhuc modicum vobissem, filii, filii mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. »

*Nono*, tanquam lucem in mundo: ut et ipsi videlicet puri sint ab omni vitio, et eos qui ad ipsos accedunt, illuminent ad agnitionem veritatis, ut vel tales, fiant quales convenit, vel declarant quid sint. Vos estis lux mundi. Inter quos lucetis sicut lumina in mundo. »

*Decimo*, tanquam sal in terra: ut videlicet qui communionem cum ipsis habuerint, spiritu renovantur ad incorruptionem. Vos estis sal terrena. »

UT VIRTUTES ANNUNTIETIS EJUS. — Quas virtutes? primo, q. d. Ut vos quasi regales sacerdotes Christi narratis, predictatis et celebratis immensam ejus ipsius nobilitatem, sapientiam, patientiam, humilitatem, charitatem, justitiam ceterasque virtutes, quas in vita et morte pro nobis redimendis exhibuit Christus. Alludit ad Hebreos, qui transito mari Rubro Deo gratias agentes, celebrabant ejus magna dicentes: « Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est, equum et ascensem dejecto in mare, » Exod. xv, 4.

*Secondo*, *ἀρπά*, id est *virtus*, significat industria (unde ab *ἀρπά* deductum est nomen artis, ait ex Donato S. Augustinus, lib. IV De Civit., xxi): Christus enim magna industria assumpit carnem passibilem, in eaque crucifixus est, ut diabolum falleret, et per lignum quo cederamus, nos redimeret. Hinc canit Ecclesia in hymno Dominice Passionis: « De parentis protoplasti fraude Factore condolens, ipse lignum tune notavit, damnata ligni ut solveret. Hoc opus nostra salutis ordo depoposcerat, multiformis proditoris ars ut armata falleret, et modelem ferret inde, hostis unde lasserat. »

*Tertio*, *ἀρπά* significat virtutem et fortitudinem bellicam; deducitur enim ab *ἀρπά*, id est *Mars*. Sic virtutes; id est, heroica prælia et Victoria Judei et iustorum Machabœorum celebrantur in libro Machabœus. Christus enim ingenio fortitudine visit diabolum, mundum, carnem, omnesque tyrannos et Gentes non ferro, sed ligno; non ferendo, sed moriendo. Unde Petrus Damianus, serm. in Ps. Causa Domini, pro virtutes legit virtutem in singulari.

*Quarto*, *virtus* significat opus eximium et mag-

nificium, quod insignem parit laudem et decus: unde Syrus verit *תְּהִלָּה תְּשֵׁחַת*, id est, laudem et gloriam ejus. Sic vice versa *laus* sumitur pro virtute per metonymiam, qua effectus pro causa ponitur; ut cum Poeta ait: «Sunt sua prema laudi, » id est virtuti: virtutis enim individua comes est laus et gloria, nimurum,

*Ardua per preeps gloria valit iter.*

Hinc Romani templum Honoris edificarent conatum templo Virtutis, cuius vestigia etiamnum homines cernimus.

Quinto, «virtutes» Christi acipi possunt non passive, sed active, quas scilicet ipsis agit et operatur in nobis, scilicet miram, immo divinam humilitatem, charitatem, patientiam, castitatem, constantiam, etc., nobis aspirando, qua longe superant virtutes omnium Pharisaeorum et Judeorum, ut ostendit Christus *Math.* v. loto capite. Hie enim nostrae virtutes mire commendant gloriam Christi, quia ab ipso verbis sunt induita. Alludit ad oraculum Davidis, *Psalm.* xxi, vers. 32: «Annuntiabitur Domino generatio ventura, et annuntiabunt eccl. justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus. » Et illud *Isiae*, cap. xlvi, vers. 21: «Populum istum formavi mihi; laudem meam narrabis. » Huic expositioni faveat id quod subdit S. Petrus:

Qui de TENERIS (infidelitatibus, ignorantie Dei et salutis, errorum et peccatorum) VOS VOCANT IN ADMIRABILE LUMEN SUUM, — fidei scilicet, cognitionis Dei, prudentiae et virtutum : quibus verbis S. Petrus alludit ad *Isiae* ix, 2. «Populus qui ambulabat in tenebris vidi lucem magnam; habitabut in regione umbra mortis, lux ora est eis; » et cap. ix, vers. 1: «Surge, illuminare Jerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te ora est. Quia ecce tenebrosa operient terram, et caligo populos; super te autem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendeore ortu tui. »

Hec sententia facile monit fideles S. Petrus, ut lumen hoc et solem justitiae qui eis cœlitus affulgit, sequantur, in ejusque luce ambulent et vivant, iuxta illud Pauli, *Ephes.* v, 8: «Eritis aliquid tenebre, nunc autem lux in Domino: ut filii lucis ambulate; fructus enim lucis est in omni honestate et justitia et veritate, præbantes quid sit beneplacitum Dego. » Et *Rom.* xiii, 12: «Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abficiamus ergo opera tenebrarum, et induamus arma lucis. » Et *Philipp.* cap. ii, 13: «Ut sitis sine querela, et simplices filii Dei sine reprehensione in medio nationis prave et perverse, inter quos lucetis (*Syrus spectans*) sicut luminaria in mundo. »

Porro hoc lumen vocal «admirabile, » tum quia mira deo, de S. Trinitate, de Christo, de praedestinatione, de vocatione Gentium, etc., mys-

teria revealat et ostendit; tum quia mira docet de virtutum officiis, de perfectione castitatis, patientie, charitatis, obedientie, religiosis, contemptu mundi, aliarumque virtutum, ex quibus omnibus clarescit gloria Christi; tum quia Sicut per illud heroicæ et mira virtutum opera patrarent, ut ostendit Paulus, *Hebr.* xi. Ita mirus fuit amor Christi in S. Petre, mirus amor crucis in S. Andrea, mira vis predicatori in S. Paulo, mira puritas in S. Joanne, mira fortitudo in S. Stephano, mira constans in S. Athanasio, mira pietatis in S. Magdalena, mira contemplatio in S. Antonio, mira religio in S. Basilio, mira humilitas in S. Franciso, mirus fervor in S. Dominico, mirus candor in S. Bernardo, mirus ardor in S. Laurentio, etc. Hec omnia ostendunt et predicant virtutes, et gloriam Christi : nam ab eo quasi capite et fonte dimanarent in Santos: unde necesse est ut omnia longer perfectiora fuissent in Christo. Ut ergo metiari virtutes Christi, mente et considera vitas et virtutes Sanctorum singularium. Hie enim a Christo quasi radii a sole profluerunt. Idque patet in die iudicii, «cum veneretur glorificari in Sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crederunt, » ait S. Paulus, II *Thessalon.* 1, 10.

Jam vero quantum hoc lumen et virtutes Christi, et ex eo Christianorum, superent omne lumen omnesque virtutes Philosophorum, preter alios pulchre docet S. Eucherius, epist. ad *Valerianum*, ubi multa Christi et Christianorum axioma resenserit, quod Philosophus videtur paradoxo: «In illis namque eorum præceptis, inquit, vel admirata virtus, vel falsa sapientia: in his vero consummata justitia, solida virtus continetur, etc. Ibi (in schola et philosophia Christi) tibi istud insinuabitur: Si amas te, proximum diligere: quia nihil magis commodis tuis dabis, quam quod contuleris alieni. Ilici tibi præcepitur: Nullam esse causam tam dignam putes, qua tibi justa fiat mors hominis. Ilici adversus illicita monoberis: Libidini resisti tanquam hosti acerbissimo, qui insultare vietum est omnia corporis gaudet. Ilici, ne concupiscas, istud edoceberis: Melius est nonesse, que non habeas, quam habens quae velis. Ilici, ne irascaris, hoc inigeretur: Qui provocatus irascerit, tunc solum non irascerit cum non provocatur. Ibi etiam de iniunctis audies: Amato non amantem: quia amantem vix ullus non amat. Ilici sepius id tibi iterabitur: Thesaurum huc bene recondit, qui indigenitus dividit. Perdere enim jam non poterit, quod largiendo collocavit. Ilici etiam feliciora suadeberis, cum dicetur: Fidelium conjugiorum fructus est confidencia. Ibi tu discernenda cognosces, cum audies: Mala seculi humani justis injustisque communia sunt. Ibi tibi istud audiendum offeretur: Major eruditudo est languore animam vitiis, quam corpus meritis. Ibi tibi ad commendandam pacem istud pronuntiabitur: Impatientibus similitudo morum causa discordie.

Ibi, ne sequaris malos, istud audies: Prudentiam et sapiens informat, et stultus: illi quid imitandum sit docet, iste quid vitandum. Illi et isti preferentur: Multa prosunt nescientibus: ideo non minor est Dei in opero quam in aperto benignitas. Ille admoneberis: Gratias Deo non magis in prosperis agas, quam in adversis; et cum prospera sint, te non meruisse fatearis. Ilici tibi etiam remota paterne, cum ista predicabantur: Fatum non esse: interrogant gentes vel leges suas, que utique non puniunt nisi factorum voluntatem. Ilici audies ad custodiendam puritatem, et iste præcepit: Si vis esse verax, non eris suspicax: non enim suscipiamur, nisi quod nesciemus. Et istud: Deo mente «elixix», a passionibus cum titillatur, a celo in terram devolvitur. Ilici tibi suggesteret: Etiam in secretis tuis, quod velis homines nescire, ne feceris; quod Deum, ne cogitaveris. Et illud contra fraudem: Infelicitus est decipere quam decipi. Et istud contra jactantiam: Vanitatem tanto magis fugi, quanto melior efficiaris: cetera enim vita crescent vitiis, vanitas virtutibus. «Ac tandem concludens ait: «Proinde omnia dicta factaque tua ad Deum, vel propter Deum dirigere. Unus hic portus est, in quem nos ab omni fluctuantis seculi jactatione referamur; hic statio fidelissima, et quies certa; hic illius fructus? Cogitante illi se esse advenas et peregrinos? Vere vilis eorum sortem et mentem miserans Poeta exclamat: «O curva in terras animas et celestium inanes? » Et Seneca, epist. 99, tales ridens: «Ceterum, ait, tam improbi sunt, tamque oblii quo eant, ut minentur aliquid ipsos amittere, amissuri uno die omnia. Quidquid est cui dominus inscriberis, apud te est, humum non est. Nihil firmum infirmo, nihil fragili eternum, invictum est. » Idem, lib. II *De Natur. Quest.* cap. LIX: «Omnis, ait, reservannur ad mortem: totum hunc quem vides populum, quoque cogite esse? Cito natura revocabit et condet, nec de r<sup>o</sup>, sed de die queritur: codem cito tardiuvus veniendum est. »

Brevius vero, clarius et acutius S. Augustinus, *Quest. XCI in Levit.*: «Omnis homo, ait, advena est nascendo, quoniam competitur migrare morti. » Secundo, peregrinus omnia quasi peregre videt, a se aliena et peregrina estimat: unde eis cor non affigit, sed et obiter ea quasi ad se non pertinencia aspicit et pertransit. Ita et Christianus omnia in hoc mundo estimat sibi peregrino esse aliena et peregrina. «Peregrini enim summe coram te et advena, sicut omnes patres nostri: dies nostri quasi umbra super terram, et nulla est mora, » ait David I *Paralip.* xxix, 48. *Præclare* S. Eucherius, epist. ad *Valerianum*: «Vera, ait, beatitudinem est seculi beatitudinem spernere, negligens terrenis ad divina flagrare. Abrumpatur illa interminabilis secularium negotiorum eura; nihil est magnum re, quod parvum est

OBSCERO, — *ταπεινός*, id est *hortor*, vel *obscero*. Nota modestiam S. Petri summi Pontificis, dum subditus non præcepit, sed *obscero*. Hoc subinde imitandum *Prætalis*, ut docet S. Bonaventura, tract. *De Sex aliis Seraphim*.

TANQUA ADVENAS (S. Cyprianus, lib. I, epist. 3, legit hospites) ET PEGREGINOS. — Anima enim nostra quasi umbra super terram, et nulla est mora, » ait David I *Paralip.* xxix, 48. *Præclare* S. Eucherius, epist. ad *Valerianum*: «Vera, ait, beatitudinem est seculi beatitudinem spernere, negligens terrenis ad divina flagrare. Abrumpatur illa interminabilis secularium negotiorum eura; nihil est magnum re, quod parvum est

**tempore; nec longis dilatatur gaudii, quidquid areo fine concluditur.**

**Tertio,** hospes una nocte versatus in hospitio abit, illudque aliis hospitibus venturis relinquit: ita fecit et homo. Audi S. Augustinum serm. 32 De Verb. Dom.: «Unusquisque, ait, hic et in domo sua hospes est; si non est hospes, non inde transeat; si transiit illum filii suis, hospes hostibus: cessit tibi lumen pater tuus, cessum est locus filii tuis; nec mansurus manes, nec mansurus reliquis.» Quodcirca S. Gregorius Nazianzenus in Carm. De hominis vilitate, ita eam pingit:

Quæ vita hæc? tumulum a tumulo (a ventre matris) peto rursus, et ignis Post tumulum rursus me tumulabit edax. Idque ipsum est quod vivo velut rapidissimum amnis, Qui sursum exoriet; semper ad ima fluit, etc. Ast ego complectar in insula ad secula Christum, Cum fuerint vilæ cula rupta mea.

**Quarto,** S. Bernardus, serm. 7 De Quadrat.: Peregrius, ait, recta pergit per viam, contentus victu ac vestitu, sine sarcinæ supervacaneis; unum iter suum curat, non aliena negotia. Ita faciat et Christianus. Vere ait S. Augustinus, De Consolat. mortuorum, serm. 4: «Peregrinatio est omne quod vivimus. Nam sicut peregrini in saeculo sedes habemus incertas, laboramus, desudamus vias ambulantes difficiles, periculis plenas; undique insidie a corporalibus, a spiritualibus inimiciis; ubique errorum caliculi sunt preparati. Et cum tantis periculis urgamus, nunc solum ipsi non cupimus liberari, sed etiam liberatos tanquam peregrines lugemus et plangimus.» Idem, De Verbis Apost. serm. 26: «Nos, ait, irridetis, quia speramus aeterna, que cum venerint non transibunt, sed semper manent: nos autem ad illa veniemus, cum per viam Dominicam ista que transiuntur transierimus. A vobis vero temporalia nec sperari aliquando desinunt, et tamen crebro speratas fallunt: nec cessant vos inflammaro ventura, corrumperè venientia, torture transeuntes. Nonne ipsa sunt que conceputa inardescunt, adepta vilescent, amissa vanescunt? Utimur eis et nos secundum peregrinationis nostre necessitatem, sed non in eis gaudia nostra figimus, ne illis labientibus subruamur. Utimur autem hoc mundo tanquam non utentes, ut veniamus ad eum qui fecit hunc mundum, et in eo maneamus ejus eternitate perfuentes.»

**Quinto,** peregrinus anhelat ad patriam. Idem faciat Christianus. Audi S. Cyprianum, tract. De Mortal.: «Patriam nostram paradisum computamus: magnus nos illic charorum numerus expectat, parentum, fratribus, filiorum copiosa turba desiderat, jam de sua incolumitate secura, et adhuc de nostra salute sollicita. Quid igitur non proponamus, ut patriam nostram videre, et parentes salutare possimus? Ad hos properemus, ut cum his cito esse, ut cito ad Christum venire

contingat, optemus.» Et S. Augustinus in Psalm. CLVIII: «Qui, ait, non gemit peregrinus, non gaudebit civis, quia desiderium non est in illo.» Idem, in Psalm. CLX, initio: «Fidelis homini, ait, et peregrino in seculo nulla est jucundior recordatio, quam civitatis illius unde peregrinatur. Sed recordatio civitatis in peregrinatione non est sine dolore atque suspicio; spes tamen redditus nostri certe etiam peregrinando tristes consolatur et extortatur.»

**Sexto,** peregrinus fortiter et constanter fert labores itineris, astus, frigora, famem, sitim omnia que viarum et hospitorum incommoda. Ita Christianus fortiter ferat omnes hujus vita et peregrinationis verum, cogitando illas esse breves et modicas, ac per eas perveniri ad quietem et gloriam coelestem. Talis fuit Abel, primus mundi peregrinus, sed civis coeli, quem occidit Cain, primus mundi civis et coeli exul. Unde ab Abel capit vita Dei, a Cain civitas mundi et diabolus, ait S. Augustinus, lib. XV De Civit., i: «Prior, ait, est natus civis hujus seculi (Cain), posterior autem isto peregrinus in seculo (Abel) et pertinens ad civitatem Dei, gratia predestinatus, gratia electus, gratia peregrinus dorsum, gratia civis sursum.» Idem, in Psalm. CLXXXVII: «Vita ista, ait, parva tribulatio est: si non est tribulatio, non est peregrinatio. Si autem peregrinatio est, aut parvum patrum diligis, aut sine dubio tribularis. Quis enim non tribuletur, non se esse cum eo quod desiderat?»

**Septimo,** peregrinus decore, honeste et juste se gerit, nulli est injurias, eante se habet in omnibus, caveisque ne quod periculum incurrit, vel ad judicis et tribunalia frahatur. Quocirca S. Paulus, cuius verba S. Petri antistrophæ sunt: «Apparuit, ait, gratia Dei et Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et secularia desideria, sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc seculo, expectantes tam spem et adventum gloriae magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniuritate, et mundaret sibi populum acceptabilem, scelato-rem honorum operum.» Unde Poeta hominem Christianum quasi peregrinum ita pingit:

Bestius illi qui procul negolit,  
In Christo opes ponit suas:  
A seculo rebusque seculi omnisbus,  
Ipsique mortua siti,  
Uni Deo jam destinata, soli Deo,  
Suaque vivi proximo;  
Quidam quasi in carnis angelus,  
Et sanctos in carnis angelus,  
In regeneratione similis futurus Dei Filio,  
Suaque mensura Deus.

**Oktavo,** peregrinus homines quoslibet sive indigenas, sive obvios quos videt et audit, quasi peregrinos estimat: cor eius est in patria, mens cum parentibus, filiis et cognatis. Ita Christia-

nus homines et feminas omnes hujus saeculi peregrinos estimant, cor habet apud Deum, angelos et Santos. Unde S. Basilus, admonitione ad filium spiritalem: «Aviditate coelesti anima flagrans, ait, Christi amori copulata cum in terris agens de colestibus jugiter meditatur: calet saeculi voluptates, nec illa saeculi cura eam segregat ab amore Christi; sed ut figura (nota hoc) quedam inter homines versari videtur, et tota conversatio eius in celis est. Mors illi presens, tanquam vita ipsa est dulcis: cupit dissolvit et esse cum Christo, quem in carne vivens intra sumum portaverit templum.» Idem, Regul. fusiæ disp., interf. 3, querit: «Quoniam cohibenda sit mens ad futile cogitationes evagatio?» ac respondet: «Qui vere Deum sequi destinat, is a vinculis affectionum hujus vita solitus sit: id quod facile assequimur, si et a superiori vita nos consuetudo penitus abducimus, eamque oblationi funditus mandamus. Nisi enim ab ea que ex sanguinis necessitudine nobiscum intercedit conjunctione, nos alienaverimus, et familiaris congressu secularium, ac mens habitat in alium valutum commigaverimus, iuxta illud Apostoli: Nostra conversatio in celis est; nullo modo scopum attingemus, Deo videlicet ut placemus, cum precise Dominus dixerit: Sic omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus.» Addit deinde: «Hec autem ubi præstiterimus, omni custodia custodiendum fuerit cor nostrum, neque patiendum, ut assidua deo cogitatio ex animis nostris elabatur, neve eorum qua mirabiliter ab eo facta sunt, memoris contaminetur per futile et evanidas cogitationes: contraque illud agendum assidue, ut ex assidua et prissima recordatione impressam in animis nostris piani deo cogitationem, velut indelebile aliquod signum circumferamus. Si quidem haec est ratio per quam erga Deum acquiri charitas consuevit.» Hinc S. Bernardus, De Modo bene vivendi, vii: «Omnia, ait, que in mundo sunt, servis Dei contraria sunt, ut dum ista adversa sentiunt, ad celeste regnum cum summo desiderio suspirant. Magna apud Deum refugit gratia, qui hunc mundo contemptibilis est. Nam revera necessitas est, ut que mundus odit, diligatur a Deo. Sancti viri peregrini sunt et hospites in seculo: unde reprehendit Petrus, quod tabernacula in monte fieri voluerit; quia sanctis in hoc mundo tabernaculum non est, quibus in celo patria et domus est. Cuncta temporalia quasi herbae marcentes siccantur et transeunt; sancti viri qui perfecte seculum contemnunt, ha huic mundo moriuntur, ut soli Deo vivere delectantur. Et quanto se a conversatione hujus saeculi subtrahunt, tanto magis oculis mentis presentiam Dei et angelicæ societatis frequentiam contemplantur.»

Nono, peregrinus parat et munit se ad iter per salticos, pallium et vestes ceratas, que pluviam

arcant, baculum cui innaturatur, etc.: ita fidelis contra omnes difficultates et tentationes se muniat solidâ humilitate, patientia, oratione, ac praesertim Christo, ejusque cruce et morte. Hinc agrum qui emptus est preto sanguinis Christi in sepulcrum peregrinorum, ita mystice interpretatur S. Augustinus, serm. 128 De Tempore: «Quibus, ait, non est in mundo possessoris, his in Christo fit sepulcrum. Istos peregrinos quos esse dicimus, nisi devotissimos Christianos, qui renuntiant seculo, et nihil possidentes in mundo, in Christi sanguine requiescant? Christianus enim qui mundum non possidet, hic totum possidet Salvatorem. Ideo autem peregrinus sepulcrum Christi promittitur, ut qui se a carnalibus viis tanquam peregrinum et alienum custodierit, is Christi requiem mereatur. Sepulcrum enim Christi quid est aliud nisi requies Christiani? Nos ergo peregrini sunt in corpore, peregrinamur a Domino: peregrini, inquit, sumus, et nobis Salvatoris empta est sepulcrum. Concepit enim sumus cum illo per baptismum in mortem.» Rursus peregrinus viaticum sibi para ad iter necessarium: ita fideles S. Eucharistia pro viatico uitari. Praedicti S. Basilii, De Leg. Gentil., «Ad futuri saeculi inquit, cuius non est finis, possessionem, viaticum tibi para,» puta S. Sacraenta, virtutes et merita, ex quibus vivas in aeternum.

Dicimo, peregrinus rideatur ab indigenis, praesertim pueris, quasi barbarus ob novum habilum, loquacem, gestum; sed contemnit et pertransit, ac ridentes ipse pariter rideat. Ita et Christianus rideatur a mundo et mundanis; sed pariter eos rideat, atque cum Apostolo: «Tanquam purgamenta hujus mundi estimati sumus: omnium periupsus usque adhuc,» i Cor. iv, 13; et illud: «Jam non estis hospites et adveni, sed estis cives sanctorum et domestici Dei,» Ephes. ii, 19; et illud i Cor. iv, 3: «Mili pro minimo est, ut a vobis judicer aut ab humano die.» Prima ergo «virtus Christiani est, contempnere et contemni,» ait S. Hieronimus.

Illa Sancti estimarunt se peregrinos. Forum exempla et gnomas recensui Hebr. xi, 13. Denique preclare S. Gregorius Nazianzenus, in Praeceptis ad Virgin.:

Quocirca, inquit, nec te praesentis commoda vita immodec oblectent, nec rursum tristia frangant; Tristia quippe ibi, simil et jacunda necesse est Linguae cancta brevi. Hoc es in misera peregrinus et incola terra; Post vero ad patriam divina potenter soleam Te velut, in fragili postquam certaveris avo: Præmia sunt porro longa majora labore.

Hæc est ergo vocatio Christiani, ut quasi peregrinus, cor avocet a cognatis, deliciis, opibus, tollusque quasi a mundo abstractus ad celum contendat per aspera quæque, ut fecit S. Cecilia-

Ila, S. Agnes, S. Catharina, omnesque Martires.

**PEREGRINOS ABSTINERE A CARNALIBUS DESIDERAT.** — Primo, quia peregrinus iis abstinet; non enim se gravat et opplet cibo et potu, sed leviter et moderate cum sumit, ut sit expeditus et agilis ad iter. Peregrinus enim congruit illa Epicteti sententiae: « Sustine et abstine. » Secundo, quia fidelis sibi peregrinari esse estimat non tantum terram, sed multo magis carnalem concupiscentiam, quia concupiscentiae delicias spirituales et eternas. Tertio, quia concupiscentia carnalis ei non tantum est impedimentum ad viam, sed et veneno ad vitam: occidit enim animam peregrinantis in celum trudit eam in tartara.

Porro carnalia desideria intellige non tantum gula et libidinis, sed et ira, inuidie, superbia, etc. Haec enim omnia sunt operi carnis, id est, concupiscentiae, non que non tantum in carne, sed in anima a mente residet, uti docet Apostolus Galat. v, 19. Vide ibi dicta.

Per abstineniam ergo intellige contineare et continentiam. Haec enim omnem concupiscentiam dominat et refrenat: atque haec Gentilibus erat amor et venerationis, ideoque fideles continentiae eis faciebat amabilis et admirabilis, longe magis quam summum Catonem, quem illi miris laudibus in colum evinebant, et tantum non ut numen colabant, dictantes Catonem et continentiam ex eodem utero prognatos videri: aut Anarcharsin, qui suis imaginibus inscripsi: « Lingue, ventri et Veneri temperandum;» quoq; lingua pertulans causa sit gravum malorum, et luxu nihil turpis, et libido ex homine faciat pecudem: ita Laertius, lib. II, cap. IX; et Alexandrum Magnum, qui Darii filias in prelio captas videre noluit, dicens « Turpe fore si qui viros vicerat, a mulieribus vinceretur;» et: « Indignum est ut, qui aliorum incontinentiam castigamus, ipsi incontinentie servire ab exteris reprehendamur:» ita S. Basilius, *De Legend.* lib. Gentil., et Maximus, serm. 3; et Menedemus, qui dicunt: « Magnum est que concupisces assequi: Multo magis est, ait, nihil eorum que non decent concupiscere:» ibidem; et Archidamum, qui promitenti vinum suavissimum: « Quorsum, ait, opus est? quia quo melius est, eo plus absument, et que fortes viros decent, ea reddet inutiliora.» Ita Plutarchus in *Laccon.*

Eminuerunt prisci Christiani incontinentiam. Nota est continentia S. Jacobi Alphai, qui vino, carne, balneis, ceterisque delectis abstiens, austera egit vita, ut fusus dixi in Proemio Epistola ipsius. Si uilla fuit S. Petri, S. Pauli et ceterorum Apostolorum.

Joannes Eremita, qui Theodosio Imperatori victoriom de Eugenio tyranno praedixit et prestiit, tante fuit continentia, ut per 40 annos feminam non uiderit, adeoque cum Tribunii uxori eius devotionis causa videre percepserit, eam non admiserit, sed per visionem absentis apparens ejus

voto satisficerit, admonens ne deinceps faciem corporalem servorum Dei aspicere desideraret, sed gesta eorum et actus per spiritum contemplaretur. Ita Ruffinus, Palladius et alii in ejus Vita.

S. Antonius abbatis Pambro poscenti monitum salutis et perfectionis, hoc dedit: « Noli esse in tua justitia confidens, nec poniteat te rei tractante, ac continuens esto lingue tua et ventris.» Ita Vite Patrum, lib. V, cap. IV.

Eusebius, teste Theodoro in *Philotheo*, cap. IV, ita continens fuit oculorum, ut ferreum collare cervicis imposuerit, ut hoc pondere inclinatus, congerit assidue in terram despiceret.

S. Arsenius mulier qui clam ad eum irreseparat, poscenti ejus preces, ut in iis recordaretur, respondit: « Ora Deum meum ut delect tuam ex corde meo memoriam.» Ita Vite Patrum, lib. III, n. 63.

Celestis est gnomus abbatis Pastoris ibidem lib. V, cap. IV *De Continentia*, n. 29: « Nisi Nabuzan dan archimagirus venisset, non concrematum esset templum Domini igne: ita et nisi quies, gula et venter venerit in animam, nequamque membra corrut pugnans contra inimicum.»

Et n. 43, abbatis Hyperichii: « Sic ut leo terribilis est onagris, sic monachus probatus cogitationibus concupiscentiae. Jejunium frenum est adversus peccatum. Qui autem abjecti jejunium, velut equus fervens desiderio femine rapitur. Siccatum jejunio corpus animam de profundo elevat, et siccata fistulas delectationem.»

Et n. 60, celebratur continentia Religiosi, qui matrem jam senem per torrentem translaturus manus suas pallio involvit, ne eam contingat. Rogatus a matre cur id faceret, respondit: « Quia corpus mulieris ignis est, et ex eo ipso quo te contingebam, veniebat mihi commemoratio aliarum feminarum in animo.»

Porro prudenter monet S. Gregorius, XXX Mor., cap. XIV: « Sic, ait, necesse est ut artem quisque continentiae toneat, quatenus non carnem, sed vita occidat. Nam plerumque dum plus justa caro restrinquit, eliam ab exercitatione boni operis enervatur, ut ad orationem quoque vel predicationem non sufficiat, dum inculta vita in se funditus suffocare festinat.»

Plura de concupiscentia, continentia, voluptate, fuga, dixi *Jacobi* I, 14; *Jerem.* II, 24; *Daniel.* I, 17.

**QUA MILITANT ADVERSUS ANIMAM.** — Caro enim « concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem,» Galat. v, 17; unde: « Milita est vita nominis super terram,» ait Job, cap. XIV, vers. 4. Hanc militiam et luciam egregie in seipso depingit S. Augustinus, lib. VIII *Confess.*, VII, et serm. 105 *De Temp.*, et lib. *De Conflicto virtutum et vitiorum*, ac S. Ephrem, lib. *De Armatura spirituali*, et S. Bernardus, tribus serm. *De Pugna spirituali*, et Prudentius in *Psychomachia*, ubi gra-

phice describit duellum humilitatis et superbie, patientie et impatiencie, castitatis et libidinis, etc. Nervosus Tertullianus, *ad Martyr.*, cap. III: « Stat, ait, conflictus et Victoriae suorum Agonothetes Deum vivus; Xystarches, Spiritus Sanctus; Epistles, Christus Jesus; corona, eternitatis; bracium, angelico in colis substantia polita; gloria, in specula saeculorum.» Ita S. Hilarius in *Psalm.* cxviii, littera nun: « Aliæ, ait, sunt saeculi leges, alia Dei munera. Diabolus cum Deum tentare auctor est, sumus esse seculum gloriatur: Dominus vero moriens saeculo jubet, ut vivamus ipsi. Cum Domino opum contemptus, opulentia est. Cum Domino terreni honoris despctus, celorum regnum est. Cum Domino humilitas cordis, generositas et regiae nativitatis ornatus est.»

**2. CONVERSATIONEM VESTRAM INTER GENTES** (introductione) *Syrus, coram omnibus filiis hominum* HABENTES BONAM. — *Spectaculum enim facti sumus mundo, angelis et hominibus.* » *1 Cor.* IV, 9. Et: « Proximo fratrem, Deo debemus et providemus conscientiam,» ait S. Bernardus, serm. 71 in *Cant.* Notandum Christiani se ita conversari debet, ut et fidèles et infideles, ac hereticos sua sancta conversatione ad Deum, fidem et sanctitatem tradueant. Major enim est vis exempli quam verbi, vite quam vocis, morum quam verborum. Quocirca S. Paulus coram Agrippa rege: « In hoc, inquit, et ipse studio sine offendendo conscientiam habere ad Deum, et ad homines semper.» *Autor.* xxiv, 16. Et Job, I, 1, laudatur quod inter infideles et impios fieri vir simplex et rectius. Quin et Cicero apud *Lactant.*, lib. III, cap. XV et XVI: « Male, ait, mecum agitur, si me oratio magis quam vita purgat.» Et Aristippus rogatus quid in hoc orbe esset admirans, respondit: « Vir probus et moderatus: quia licet inter multos impios degat, non tamen pervertitur.» Ita Stobaeus, serm. 33. Praecellere S. Chrysostomus, orat. *De S. Babyl.*: « Convincit, ait, magis opera virtutis, quam miracula; haec namque vel fete fieri possunt, vel si vere, etiam a improbus per gratiam gratia datum.» Vide *Lectantium*, lib. III, cap. xv, ubi tertius multa ait, eos qui docent et non faciunt, praeter ceptis suis detrahere pondus, ac verbo veritatem, per puniri optere. Unde exclamat Tertullianus, *Apolog.* II: « O sententiam necessitate confusam! negat inquirendo ut innocentes, et mandat puniendos ut occidentes.» Antonius vero Imperator, Trajanus filius adoptivus et successor, in epist. quam recitat Eusebius, lib. III Hist., XII, Christianos palam laudat et propagnat, atque Gentiles suis tormentis magis confirmare eorum religionem: « Illis enim, ait, magis in opifia est, ut in crimen adducti mortem pro Deo suo oppellant, quam si vita fruantur: unde vita ipsorum hoc pacto prodata multo maiorem clarioresque reportant victoriam, quam si imperatae quae vos ab ipsis fieri postulatis, obirent.» Unde concludit: « Si Tiberis, ait Tertullianus, *Apolog.* XI, ascendit

Ut in eo quod detracunt (detraheunt, obtrectant, calumniantur) DE VOBIS TANQVM DE MALEFACTORIBUS. — Dicebant enim Christianos esse contemptores principum, numinis et deorum, voluptuosos, usurpare promiscos concubitus (quia id faciebant Gnostici heretici, ex Christians propagati), vesci carnibus humanis (scilicet carne Christi in Eucharistia, cuius rumor inaudierunt Gentiles, sed modum et mysterium non intellexerant, etc., adeo ut omnes orbis plagas et clades tribuerent impiciati Christianorum, ideoque per trecentos annos eos atrocissime persecuti sunt omnes peno Imperatores usque ad Constantium, « Si Tiberis, ait Tertullianus, *Apolog.* XI, ascendit

Christiano, quia Christianus sit, pergit molestiae quidquam aut criminis inferre, ille cui crimen illatum fuerit, etiam si re ipsa Christianus deprehensus sit, absolvatur; qui autem illam accusaverit, justum debitumque supplicium subeat. »

Hac sanctitate Christianum perspecta conversus est Justinus Philosophus et Martyr, ut ipse narrat, *Dialog. Contro Tryphonem*. Multi quoque iudicis et tortores conversi fure, ut patet ex Vita S. Jacobi, Alexandri, Luciani, Tryphonis, aliorumque Martyrum. Eadem virtus Porphyrius, licet juratus Christi hostis, scripsit librum *De Esais*, in quo corum mores angelicos describit et dilatand. Tam potens est virtus, ut ab hostibus non tantum testimonium, sed et elogium, ac preconium extorquent. Quamobrem Jacobus Laynez, primus a S. Ignatio Societas Jesu Praepositus Generalis, et ex eo P. Caius (teste P. Sacchino, lib. II *Vita ejus*) censebat « optimam rationem refutandi maledicta esse, illustrem recte factorum

IN DIE VISITATIONIS. — *Primo*, per visitationem, Ecumenius et Arias accipiunt vestigiationem et inquisitionem, q. d. Ut cum Plinius, aliquae Prades et Gentiles de vobis inquirunt, vestrague visitant, videntes vestra omnia esse sancta, glorificant Deum. Unde Tertullianus, *Apologet. cap. ult.*: « Cruciate, ait, torquete, dannate, alterne nos: probatio est, quoniam innocentes nostre iniquitates vestra: exquisitor queque iniquitas vestra illecebra est magis secta. Plures efficiuntur, quoties timuntur a vobis. Semen est sanguis Christianorum. »

*Secundo* alii, « visitationem, » grecē *τασαύρινην*, id est *inspectionem*, curam, correctionem accipiunt mysticam per illuminationem et gratiam, q. d. Ut Gentiles glorificant Deum, tunc quando Deus eos visitat lumine gratiae sue, ut videant veritatem et sanctitudinem Christi et Christianism, eamque amplectantur, q. d. Vesta bona conversatio erit eis stimulus ad conversionem et fidem. Ita Glossa, Dionysius, Gageneus, Catharinus, Vatablus, Salmeron et alii.

*Tertio*, Hugo et Thomas Anglici accipiunt de visitatione, quia Deus visitat et flagellat fideles, ut ex eorum patientia extorqueat laudem ab infidelibus eis detrahentibus: quoniam fideles monet S. Petrus, ut cum persecutione aliave quamvis tribulatione patiuntur, sciant « eum non casu accidere, nec tam ab hominibus, quam a Deo proficiat, ad purgandam, explorandam et perficiendam eorum virtutem. Hac enim de causa insituntur visitatores et visitationes in Ecclesiis et monasteriis.

*Quarto*, Beda per diem visitationis accipit diem judicis. Tunc enim improbi, presertim iudices et persecutores, videntes gloriam Martyrum et Sanctorum, Deum glorificabunt, dicentes: « Hi sunt quos aliquando habuimus in derisu, etc. Ecco quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter Sanctos soror illorum est, » *Sap. v.*

Verum haec tarda nimis et sera, ac alterius saeculi est visitatio: ideoque invita infidelium glorificatio. Quare secundus et tertius sensus magis genuini sunt.

13. SUBJECTI IGITUR ESTOTE. — Vox igitur hanc quasi conclusionem educit ex iis que dixit de bona conversatione, q. d. Jussi vobis bona conversationem, ergo pariter jubeo subjectionem et obedienciam: in hac enim illa vel maxime consistit et cernitur, proserpient primo illo Ecclesia et S. Petri anno. Male enim andiebat apud nonnullos Christians religio, quasi doceret Christianos utpote Christi filios, et designatos heredes regni celorum, non debere subiici principibus, praeternam Ethnici et infidelibus, inquit Ecumenius. Accedebat, quod primi Christiani origine erant Iudei, qui sub hoc tempore rebellare coepissent Romanis, immo Apostoli erant Galilee: tunc autem orta fuit secta Galileorum a Iuda Galilee, qui docebat Judeos, utpote populum Dei, liberos esse debere a vestigialibus, nec subiicie se Imperatori Romano, utpote Gentili et infidelib. Circa hujus erroris insinuati sunt Apostoli et Christiani, ideoque studiosae contrarium scribunt et jubent, ut dixi *Act. v. 37*. Sic etiamnum Anabaptiste ex adverso dicunt, omnes Christianos esse pares, et liberos, ac prouinde unum Christianum alter non debere dominari, ac consequenter nullus inter eos debere esse magistrus, nulla tribunalia, nulla iudicata, nullum jus plebontis. Contra hos omnes scribit Paulus, *cap. xii ad Roman.*, ubi multis rationibus ostendit Christianos non debere non tantum in foro externo, sed et interno, puta in conscientia, obedire suis magistris. Illas ibidem ordine recensuit. Vere S. Basilius, serm. *De abdicatione rerum*: « Animi, inquit, in virtute progressus, in humiliata progressus est, contraque in postremo relinquion aliunde, quam ex elevatione progrediatur. Piefatis enim cognitio, humilitatis et mansuetudinis cognitio est, quando se animo scire submittere, Christum et scire imitari; contra autem arrogancia efferri, est diabolus se similem facere. »

OMNI HUMANE CREATURE. — *Primo*, Syrus verit, *omnibus filiis hominum*, quasi Petrus velit Christum non summe esse humiles, ita ut se cuius homini substernant. *Primus* enim gradus humilitatis est, subiicie se superiori; *secundus*, aequali; *tertius*, inferiori, iuxta illud Pauli *Galat. v. 13*: « Per charitatem spiritus servite invicem; » et *Philipp. cap. ii, vers. 3*: « In humiliata superiores sibi invicem arbitrantur. » Ita Dionysius Carthusianus. Verum hoc consilii est et perfectionis, non precepti.

*Secondo* et genuine, « omnem humanam creaturam » vocat Petrus omnem hominem, scilicet superiore, cui subiectio debetur. Dicit *omnem*, ne quis infideles et impios excipiatur, q. d. Qualis sit, etiam si infidelis, impius, imprudens, raptor, etc., si superior est, hoc solo nomine ei

subjecti estote. « Creaturam ergo humanam » vocat principes et magistratus ab hominibus creatos, puta reges et duces, ut explicans subdit. Ita Ecumenius. Graecum enim κίνητος, ita est creature, ponitur pro τάξι καὶ πάτοντι, id est pro ordinatione, politi et civilis gubernationis dispositione. Sic Latinum *creare* subinde capitur pro ordinare; et creature vel creato pro ordinatione, gubernatio, potestate, puta pro magistratu potestate praedito. Sic dicimus creari Pontificem, Cardinales, reges, principes, consules, cum scilicet per suffragia tales eliguntur et constituntur: ino Cardinales vocantur creature Pontificis, quia ab eo creantur principes Ecclesie. Sicut enim in creatione Deus ex non esse facil rem esse pulchram et magnam: ita principes, preseruent qui ex imo ad summum, puta et plebe ad principatum, eveniuntur, recte dicuntur creari; quia ingens novum esse morale accipiunt, quod eos facti spectabiliter et illustres apud homines. Porro hi dicuntur « humana creatura », vel quia creat ab hominibus, vel potius quia ipsi sumi humanae creature, id est homines creari principes a Deo; sumi ergo creature Dei, quia ex hominibus ad hanc dignitatem a Deo electi et evecti sunt, et quia praeceperit ipsi sum vita imago creatoris Dei, in quibus scilicet Deus sumus majestatem, jux et imperium representat.

Liquitur directe S. Petrus de principibus civilibus, ilisque jubet subiecti fides, ne per Christum se ab eorum dominio exemptos putent; argumentum tamen a pari vel minori, idem de principibus Ecclesiasticis, puta Episcopis et Prelatis, scilicet iis subiecti debere auctoritatem quibuslibet in rebus spiritualibus, ex hoc loco concludit S. Basilius, *Const. monast. cap. xxxviii*; immo Christus *Matth. xix. 40*: « Qui vos audit, inquit, me audit; qui vos spernit, me spernit. » Et S. Paulus, *Heb. xii. 17*: « Obedite Prepositis vestris, et subiacete eis. Ipsi enim per viginti quasi rationem pro animabus vestris redditum, ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes. » Et S. Pauli discipulus S. Ignatius, epist. 9 ad Philadelph.: « Principes, ait, obediunt Caesar, milites principibus, Diaconi Presbyteris sacrorum prefeci: Presbyteri, Diaconi et reliqui Clerus una cum populo universo, milibus, principibus, et Caesari » (alii legunt, *sed et Caesares*), « ipsi Episcopo parent, Episcopos Christi, ut Christus Patri obediuit, et haec rationes per omnia conservabit unitas. » Idem, epist. ad Smyrnenses: « Honora, inquit, fili, Deum et regem. Ego autem dico: Honorate quidem Deum ut auctorem omnium et dominum, Episcopum autem tanquam principem sacerdotum imaginem Dei ferentem: principatum quidem secundum Deum: sacerdotium vero secundum Christum: et post hunc honorare operet etiam regem. Nemo enim potior est Deo, neque similis ei, neque Episcopo honorabilior in Ecclesia sacerdotium Dei gerente pro salute mundi, etc.; sacerdotium enim summa est omnium honorum, que in hominibus consistunt. »

Quocirca apposite S. Bernardus, epist. 183 ad *Conradum Imperatorem*: « Legi, ait: Orans anima potestatis sublimioribus subdia sit; quam sentientia cupio vos custodire in exhibenda reverentia Petri vicario, sicut ipsam vobis vultis ab universo servari Imperio. » Et Innocentius III Pontifex, cap. *Solita*, De major. et obedient., Imperatorem Constantiopolitanum, qui ex hisce Petri verbis Constantiopolitanis, qui ex hisce Petri verbis Constantiopianis sedere ad pedes suos, confutat, dicens: « Sequetur quod etiam servus quilibet in sacerdotes imperium accepisset, cum dicatur, omni humane creature. » Aptius quis inferat, principes debere subesse Episcopis in rebus Ecclesiasticis, quia Episcopi sunt creature Dei, id est Prelati a Deo dati toti Ecclesiae, non solum plebeis, sed et principibus. Sunt enim Episcopi tam regum, quam plebeiorum. Vide Bellarminum, *toto lib. III De Lascis*.

Politicus hic dicere, signum et effectum vere fidei esse humilitatem, subiectiorem, obedientiam subditorum erga magistratus; infidelitas vero et heres effectum esse superbiam, inobedientiam, rebellionem, ut vidimus et videmus facilitari a Lutheranis, et magis a Calvinistis in Scotia, Anglia, Germania, etc. Sane Lutherus horum omnium parens sua rebellione et heresi per suos discipulos centum millia rusticorum armavit contra principes, bellumque rusticum excitavit, quod tandem Germanie clades edidit. Hereticorum enim axioma, immo primum principium est, suam sectam et heresim omnibus modis et artibus, et preseruent armis, tuendam et propagandam esse, ac consequenter principi orthodoxo, si obsistat, omnibus viribus obsistendum. Ex adverso Catholicoi per primos trecentos annos obedierunt Imperatoribus Ethnici, etiam persecutoribus, in omnibus, excepta fide et religione; ne quisquam necem aut rebellionem contra eos machinatus est fidelis praetextu, etiam si sepe id facere potuerint si voluerint. Sane potuisse tota legio Theborean fortissima, duce S. Mauricio, Maximiano resistere, armisque fidem et vitam tueri, aut certe non inulta occumbere; sed noluit, tota positis armis, genibus nixa fidei causa obruncari se permisit. Pluribus id ipsum demonstrat Thomas Bozzi in *Signis Ecclesiae*, signo 53 et 90.

Id etiamnum exprimitur et sentiunt multi principes Ethnici apud Indos, Japones et Sinas, qui Christianos et Christianam religionem amant et fovent, eo quod videant Christianos magis sibi obedire quam Ethnicos. Sane ante annos triginta unum degener Lovani, Alexander Farnesius, dux Parmensis, Belgij gubernator, qui, invicta sua fortitudine et prudential, longe maiorem Belgij partem ad regis sui Philippi II obedientiam resuscitavit, cum rex iubaret in urbibus a se captis arcis extrulit, quae cives offito confinieren, ne quis rebellionem novam ordiretur, rescripsit

Regi Alexander, arcis munitionibus et securissimas fore Collegia Societatis nostrae. Illa ergo loco arcium curaret in urbibus majoribus et periculisioribus extrixi. Rationem dabit: Religiosi Societas per scholas, conciones et alia ministeria docebunt cives, eisque instillabunt veram fidem, obedientiam et amorem, quem debent non tantum Deo, sed et suo principi, quem Deus eis praefecit, suumque vicarium constitut, ut eum quasi talen colant et ament. Validior autem obedientia et principatus custos est amor, quam timor, qui cum sit violentus, diu durare nequit, sed data occasione erumpit, jugumque excutit, et aere sibi impositas (quas Graeci dicebant esse *tyrannorum nides*) everit. Persuasit hec ratio Regi, qui consilium Ducis secutus, mandavit ei ut loci opportunitate Collegia Societatis fundaret; quod ipse accusare prestit, magno et Belgariu et Regis bono.

Orthodoxa ergo fides est columen reipublicae aequa ecclésie, cuius pestis est infidelitas et heres. Columnen enim reipublicae est obedientia ci-vium, quam præstat fides, negat heres. Unde Solomon legislator Atheneus rogatus, «qua ratione consister possit civitas?» respondit: «Si cives obtemperant subiugatis; magistratibus; magistratus autem legibus.» Ita Stobeus, serm. 41. Lacomum eruditio erat a parere magistratibus, patientem esse laborum, et in prelio vincere aut mori, ait Plutarchus in *Lucon*. Scipio cum in Africa bellum gereret, ostendit milites suos et turrim excelsam in mari, atque: «Nullus horum est, qui non consensu tertiu semet in mare precipitatus sit, si ego jussero.» Ita Plutarchus in *Scipione*.

PROPTER DEUM. — *Primo*, quia Deus sanxit magistratus iustissime eis obediri. «Non est enim potestis nisi a Deo; quae autem sunt, a Deo ordinante sunt», Rom. xiii, 1. Unde hanc causam illico subdit S. Petrus, dicens: «Quia sic est voluntas Dei.» Hac de causa Numa, Lycurgus et alii legislatores fixerunt se cum diis colloqui, ab hisque leges accepere, ut iis auctoritate adderent, teste Platone in *Minoe*. Legislatores autem fidem, ut Christus, Moses, Petrus et Paulus cum Deo et Christo collocti sunt, ab eoque suas leges accepterunt.

*Secondo*, quia rex et princeps est viva Dei in terra imago, estque quasi vicarius Dei, immo Deus quidam terrestris. Quocirca quei violat, Deum violat. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistit, ipsi sibi damnationem acquirunt, ait Paulus Rom. xiii, 2. Hinc Plutarchus in *Themistocle regem vocal* εἰπεῖν οὐτούς, id est, *imaginem vivam Dei cuncta servantis*.

*Tertio*, quia Deus singulos reges et principes vel per se, ut Saulen, Davidem, vel per eos constituit, iuxta illud Prov. viii, 13: «Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt.» Unde Tertullianus ad *Scorpium*, cap. ii: «Christianus, ait, nullius est hostis, ne dum Imperatoris, quem sciens a Deo suo constituisti, ne-

cesse est ut et ipsum diligit, et reveratur, et honoret, et salvum velit cum fato Romano imperio quoque seculum stabit: tamdiu enim stabit.»

*Quarto*, Didymus et OEcumenius: «propter Deum, » inquit, id est, eo modo quo Deus nihil contra Deum Deique legem præcipiunt: si enim id faciunt, dicendum est cum S. Petro: «Obedire oportet Deo magis quam hominibus,» Act. iv, 19; et cum Machabeo: «Non obedio præcepto regis, sed præcepto legis,» II Machab. vii, 30. Nam et rex ipse Deo subditus est, ejusque legi parere debet: «Reges in ipsis imperiis est Jovis, » ait Horatius, lib. III, oda 1. Hoc est quod sanxit Christus: «Redite ergo quae sunt Cesari Cesari, et quae sunt Dei Deo,» Matth. xvi, 17. Ubi S. Chrysostomus, homil. 71 in Matth.: «Tu ait, cum audis reddenda esse Cesari que sunt illa, illa solum dico non dubita, que pietati ae religioni nihil officient: nam quad fidel aut virtutib; obest, non Cesari, sed diaboli tributum aevitcal est.»

*Quinto*, «propter Deum, » id est, ex Dei amore et reverentia subjecti estote magistratibus, q. d. Obedire illis non quasi coacti metu gladii et vindictæ ipsorum, sed propter Deum, id est sponte et liberaliter ex Dei amore, ne scilicet eum offendatis (quod Paulus ait «propter conscientiam», Rom. xii, 5), sed cum in suis vicariis honestatis et reverentiam. Hoc est quod servis (et cuilibet subdito) præcepit Paulus Ephes. vi, 7, dicens: «Servi, obedite dominice carnalibus cum timore et tremore in simplicitate cordis vestri, scit Christo, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes sicut Domino, et non hominibus, scientes quoniam unusquisque quodecumque fecerit bonum, hoc recipiat a Domino.»

*Sexto*, «propter Deum, » ut scilicet Gentiles videntes vestram obedientiam Deum vestrum glorificant, ut dixit vers. 12, ac ad Dei fidem et cultum alliecentur. Ita Iberos Hispania populus obedientia, patientia, devotione et virtute captive cuiusdam Christiane ad Christum esse conversos, fuit narrat Eusebius, lib. X, cap. x, et Ruffinus, lib. I Hist., cap. x.

*Septimo*, «propter Deum, » ut reges et principes meminerint se Deo esse subditos, ac propter ipsum imperare et præcipere. Sapienter S. Fulgentius, lib. De Prædestinat. et Gratiæ Christi: «Clementissimus Imperator, ait, non ideo est vas preparatum in gloriam, quia apicem terreri principatus accepit, sed in imperiali culmine recta fide vivat, et vera cordis humilitate prædictus, culmen regiae dignitatis sancte religioni subiecta, etc., si pro omnibus ita se sancta matris Ecclæsie Catholice meminerit filium, ut ejus paci atque tranquillitati per universum mundum prodesse suum faciat principatum.» Talis fuit Con-

stantinus, Theodosius, Carolus Magnus, S. Ludovicus in Gallia, S. Stephanus in Hungaria, S. Leopoldus in Austria, S. Wenceslaus in Bohemia, S. Hermenigildus in Hispania, S. Henricus in Germania, S. Casimirus in Polonia, qui impense Ecclesiæ et Pontificem Romanum coluerunt ac propagnarunt, ejusque filii esse et nominari amblerunt, ac id ipsum filii suis testamento reliquerunt.

SIVE REGI QUASI PRECELENTI. — Syrus, regibus propter imperium ipsum. Precelestia ergo regis est ejus imperium et potestas regia: quare sub regis acceperit Imperatorem, qualis tunc erat Rome, reges et principes absoluti, qui nulli subdunt (1). Rex enim dignitate et potestate subditus longe precelesti, hisdemque sapientia, beneficencia et virtute præcelera debet. Ipse enim est quasi sol in regno, uti multis analogis ostendit Isaia cap. XLV, vers. 1. Id animalverit Athalaricus, Gotherum rex, qui apud Cassiodorum, lib. VIII, epist. 24, ita loquitur: «Tanto divinitati plura debemus, quanto a ceteris mortalibus majora suscipimus; nam quid simile repandat Deo, qui potius imperio? Sed licet pro tanto munere nihil compensari possit idonee, ipsi tamen grata rediditur, dum in servitibus honoratur.»

44. SIVE DUCIBUS. — Tigurina, sive presidium; Syrus, judicibus. Greco enim τύραννος vocantur prefecti, presidies catericæ magistratus, qui majori pendent, ejusque quasi sunt vicarii.

AD VINDICATUM MALEFACTORUM (Tigurina, σωτηρίου), LAUDEM VERO BONORUM, — agathopoiū id est, recte agentium. Hic enim est finis potestatis regis et magistratus cuiusque, nimis ut improbos puniendo, prohos tuentur; itaque civilem hominum societatem conservent, quod fit per justitiam. Unde Socrates dicebat: «Optime gubernari civitates cum injesti dant ponas,» ait Plato lib. II De Philo. Cicero ad Brutum laudat sententiam Solonis, qui rogatus, «qua ratione optime gubernaret Republica,» respondit: «Si boni præmissi invitentur, mali penitus coercerantur.» Theophrastus interrogatus: «Quidnam vitam humana conservaret?» respondit: «Beneficentia, honesta et pona.» Ita Stobeus, serm. 41. Lycurgus centrum reipublicam diabus rebus contulerit, premio et pena; et Pythagoras «civitatem optimam esse» dixit, «que posteaquam malos penitus coercerent, viros tantum bonos admitteret.» Ita Stobeus, ibid. Cato dicebat: «Injuriam, etiam si facient nihil inferat periculi, universis vitæ periculosis esse. Quocirca magistratus qui maleficios non coercent, lapidibus esse obruentes, ne penas neglegunt, salutem Reipublicæ tabefactaret.» Ita Plutar-

(1) Basilius; hoc loco est *Casar Romanus*. Romani eis vocant Imperatores, non Reges, religio et jurisprudentia veteri, ut ait S. Cyriacus. At Graeci non dubitabant eos appellare Basilios, et Iudei similiter בָּסִילֵי, nimis quia γένε regis, id est, uberrima, uehementia potestate.

(2) Proserpini Juicio-Christianus, qui regem politicanum et regnum Christi visible in his terris expectantes, Christianos ab omnibus publicis legibus discebat esse liberos.